



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Foullon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

Illustrissimo Ac Reverendissimo, D. Ferdinando Baroni A Bocholtz Et Orey  
Decano Leodiensi Vice-Dno Monasteriensi Præposito S. Petri Leod. &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

ILLUSTRISSIMO  
AC REVERENDISSIMO,  
D. FERDINANDO  
BARONIA BOCHOLTZ  
ET OREY  
DECANO LEODIENSI  
VICE-DÑO MONASTERIENSI  
PRÆPOSITO S. PETRI LEOD. &c.



*Hæc lucubratiun-  
cula non claram  
modò oculorum  
tuorum lucem, Ill.<sup>me</sup> &  
R.<sup>me</sup> Domine, verùm  
a 2 etiam*

## EPISTOLA

etiam quorumvis de vulgo  
judicia formidaret, si molis  
magnitudo, vel argumenti  
novitas quaereretur. Neque  
enim in illa scribenda pro-  
positum mihi fuit multa di-  
cere: sed verba rebus ad-  
metiri, & res materiae ap-  
tare, imò & aliquid non-  
numquam cogitationi inda-  
gandum, expendendumque  
relinquere. Nec putavi in  
argumento veteri defutu-  
rum,

## DEDICATORIA.

rum, quod novè diceretur,  
Et, ut intactum aliis non  
foret, longè tamen aliter  
tangeretur, placerétque de  
novo ac prodesset. Quomo-  
dò lyram eandem non eo-  
dem modo diversi artifices  
percutiunt: Et alii aliter  
iisdem organis canentes,  
cum voluptate audiuntur.  
Qualiscumque tamen libel-  
lus est, sub aspectum Tuum  
atque in manus venire au-  
det,

a 3 det,

## EPISTOLA

det, & apud Te hospitium  
deligere, ut ornatior inde  
procedat in publicum. Fi-  
duciam illi fecit sincera Tua  
erga me, ac perpetua bene-  
volentia, multis supra meri-  
tum meum, toto hoc, quo in  
D. Lamberti apud vos  
jam dixi, quinquennio, te-  
stata. Accedit, quod hoc  
ipsum argumentum quia  
probasti cum audires, spes  
est fore, ut non improbes  
cum

## DEDICATORIA.

cum legeris : Et oculi Tui,  
fidelissimi ad animum nun-  
tii, aurium Tuarum judi-  
cium non damnent. Deni-  
que, ut isthac abessent, in-  
vitârit tamen perspecta illa  
humanitas tua, quâ genera-  
tim omnes excipere ac com-  
plecti consuêsti. Quemad-  
modum enim cum pietate,  
Et rerum internarum ani-  
miq; curâ ingenium socias,  
Et vivacem in rebus agen-  
dis

## EPISTOLA

dis solertiam: ita & a vitæ  
nobilitati, eminentiq; inter  
Illustrissimæ Leodiensis Ec-  
clesiæ primores dignitati,  
suavem modestiam jungis,  
& affabilem erga quoslibet  
comitatem. Et quomodò  
tecum nullus familiariter  
agit, qui illud non videat,  
nisi obtusi admodum aut  
occupati visus est: ita vix  
ullus, quantumvis hebes,  
Te videt, qui hoc non expe-  
riatur

## DEDICATORIA.

riatur & tangat. Excoluisti scilicet ipse per te, ac perfecisti, continuo honesti studio & rerum usu, quidquid illustre & laudabile, velut hereditario jure transfusum, à Generosis majoribus tuis acceperas. De quibus non incommodè olim dici potuit, ad auita, non minùs animorum quàm gentis, insignia:

a s

Scu-



## EPISTOLA

Scutum tergemino rictu im-  
plevere Leones:

Crista coronatæ est cassidis  
albus olor.

Hoc insigne tibi patrium est,  
stirps clara, Bocholthzî,  
Magnis juncta animis cui  
placet integritas.

*Verum ut semotiora ab ævo  
ac memoria nostra non ar-  
cessam: eum patrem habui-  
sti, & in ejus patruis oculis  
educatus es, quorum hunc  
merita*

## DEDICATORIA.

merita sua, & Ecclesia Leo-  
diensis iudicium, post certa  
virtutum experimenta, ad  
Summi Praepositi dignita-  
tem evexere: illum supre-  
mo inter civilia Praetoris  
officio, Serenissimi Principis  
Ferdinandi electione,  
functum, publica privataeq;  
vita illibata apud probos  
fama, in magna licet varie-  
tate temporum, semper co-  
mitata est. Matrem habes,

## EPISTOLA

lectissimam matronam,  
Eminentissimi Cardinalis  
ac Principis Groesbe-  
cani ex fratre neptem,  
suavitate morum ac pietate  
in primis commendabilem,  
prudentiâ & sapientiâ su-  
pra sexum eximiam. Cui  
in hoc tempus à Deo vita  
servata est, ut non te modò,  
sed & Fratres Tuos, cum di-  
gnitatibus spectabiles, tum  
virtutibus amabiles suiq; si-  
miles

## DEDICATORIA.

miles cerneret: Et novis-  
simè Equitem Teutonicum  
videret, unanimi collega-  
rum omnium suffragio Ele-  
ctum, ad nobilissimam  
Iuncetanae Provinciae Præ-  
fecturam. Ingrediatur ita-  
que ad te fidenter Bona  
Voluntas, sese in tuis  
tuorumq; moribus, velut in  
in speculo, agnitura: Et no-  
vum tibi ex me offerat pro-  
pense in te voluntatis, atque  
obse-

EPISTOLA

obsequiorum pignus. Debet enim hoc tibi, debebitque semper observantia & gratitudo mea, Teque post Serenissimum Praesulem ac Principem MAXIMILIANUM HENRICUM, in praecipuis patronorum numerabit, imò, quae dignatio & benignitas Tua est, amicorum: ut quò agis humaniùs, eò sim pro-

DEDICATORIA.

*propensius, ex duplicis offi-  
cii ratione,*

ILL. <sup>MÆ</sup> ac R. <sup>MÆ</sup> D. <sup>NIS</sup> V. <sup>Æ</sup>

Obsequentissimus in Christo servus

JOANNES ERARDUS FULLONIUS

è Societate J E S U.

Leodii ipso S. Lamberti.

1657.